



Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

XCIX. Johann von Gattersleben verkauft an Gebhard von Alvensleben einige vom Bischofe von Brandenburg zu verleihende Besitzungen in Uhrsleben und Wellendorf (1270).

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

quod duos manfos et dimidium, quos in dicto oppido Ursleve possidemus, quorum manforum proprietas nostra est, Brandenburgensi ecclesie libere resignamus, et quod dictos vero manfos cum quibusdam areis ad ipsos pertinentes, ab ecclesia jure recipimus pheodali. In cujus facti testimonium presentem litteram sigillo nostro ac sigillo Hinrici militis, dicti de Wansleve, domino Hinrico Brandenburgensi episcopo tradidimus sigillatam. Datum Brandenburg, anno domini M. CC. LXX. XV. Kal. Junii.

Nach dem alten Copiaro.

XCIX. Johann von Gattersleben verkauft an Gebhard von Alvensleben einige vom Bischofe von Brandenburg zu verleihende Besitzungen in Uhrsleben und Wellendorf (1270).

Omnibus ad quos hoc scriptum peruenit Johannes de Gatersleue bonam in omnibus voluntatem. Recognosco presentibus et protestor, Quod ego Johannes de Gatersleue domino Geuehardo de Aluensleue vnum mansum in campis Vrsleue cum curia sita ibidem et duos manfos et aream in Wellendorp vendidi sub hac forma quo vsque Dominus Episcopus Brandenburgensis dicto militi et suis heredibus iure porrigat feudali. Vt igitur huius venditionis forma integra perseueret, litteram predicto militi et suis heredibus tradidi mei sigilli munimine roboratam.

Neugatterslebenisches Copialbuch.

C. Die Markgrafen Otto und Albrecht verkaufen dem Domcapitel das Dorf Zachow, am 2. September 1272.

— Otto et Albertus, fratres, dei gratia marchiones Brandenburgenses — nos villam Szachowe cum suis terminis, distinctionibus, pacta, censu aquis aquarumque decursibus, piscationibus, pratis, pascuis, lignis, mericis, terris cultis pariter et incultis, advocatiis et generaliter omnia attinentia dicte ville, que cives ibidem usque ad hec tempora pacifice possederunt ac quiete, Brandenburgensi ecclesie pro certa summa pecunie vendidisse, nichil juris in dicta villa retinendo, proprietatem vero nichilominus omnium supradictorum, ut uniuersa et singula Brandenburgensi ecclesie permaneant salva, eodem modo assignantes, Et dominum Petrum prepositum, nomine sue ecclesie per nuncium nostrum in possessionem dicte ville induci fecimus corporalem, bonis memorate ville nostro et Ottonis junioris, fratris nostri, nomine, utpote ipse veri et legitimi tutores, per omnia renunciando, ita quod in posterum nec advocati nec bündelli de mandato nostro ac heredum nostrorum, a nobis directa linea descendentium, aliquod genus exactionis, petitionis vel seruitii ab inhabitatoribus dicte ville exigant seu ullatenus requirant, recognoscentes, eandem summam nobis integraliter fore persolutam ac legitime nostris usibus applicatam. — testibus ydoneis, quorum nomina sunt hec: fratres Anno et Henricus, fratres ordinis predicatorum de domo Struzberg, Geuehardus miles de Alvensleve, Cunradus miles dictus de Stendale, Hermannus miles dictus de Carpzowe, qui memoratum prepositum in dicte ville nostro nomine induxit in possessionem cor-